

quantam segetem sefelatē prouiderit. Ab uno scelere quantam sibi ille scelera mensem collegerit. Pro nequissimum Leviathanum!

Vastus ille
Draco fuit
Iesu, & Ma-
rie lusioni,
& conculca-
tioni.

1200 Porro vastissimum hunc Draconem, qui uniuersum mundi Oceanum fœdis infestabat cladibus, trajecto aliquando hamo strangulandum, injectaque rictui armilla, multâ perdomitum ac peruictum exagitatione, ad hunc tandem linea piscatoria cogendum, puello, ac puellâ, JESU, & MARIE, lusioni futurum, & conculcationi, paucis explicatum venimus. Sed quæ hæc linea, quisnam hamus, quæ felix armilla, quibus tantum facinus patratum est. Piscatoriam Jobi lineam, Genealogiam Mariæ, & Christi sapienter interpretati sunt multi Ecclesiæ Patres, quos reuerti supra num. 435. Extremam lineæ piscatoriæ fibulam, cui hamus appenditur, Deiparam explicant, in quam Genealogia desinit Evangelica: mox hamum, id est, Verbi diuinitatem, carnis ecclâ obiectam suspendunt, quam alii Christi carnem, alii Virginis asserunt, alii Virginem ipsam nuncupant. Numero autem 436. Armillæ descriptionem affabrè concinnatam à Ruperto Abbate dedi. Sequenti verò numero 487. Jobi verba expendi illa: *An sine ligabis linguam ejus? Numquid pones circulum in naribus ejus? Aut armillâ perforabis maxillam ejus? LXX. vertunt: aut armillâ terebrabis labium ejus?* Septentrionalis ceti linguam, ad viginti pedes longam, vultum oris hiatum undeviginti pedes patentem, maxillas tres pedes crassas, congas verò ad duos supra viginti, ab oculato teste depingi Olao Episcopo lib. 21. cap. 9. observavi. Cæterum longè suam longiorem produxit Tartareus Leviathanus linguam, longè prolixiores diduxit maxillas, longè immaniorem expandit oris ambitum, cum tam prodigo illo mendacio Evam circumscriptis, ut tum Deum & mendacem blasphemaret, & invidum, qui morituros diceret, si felicissimo vescerentur pomo, quod tamen illis interdixisset: tum Adamum, atque Evam, eo vel semel gustato, in Deos quidem scientissimos actuum evasuros promitteret. Jure ob tam insanum mendacium Leviathan dictus id est, *additamentum*, ut inquit Gregorius loco citato. *Primo quippe homini persuasione callidâ diuinitatem additurum se perhibuit, sed immortalitatem tulit. Additamentum ergo hominum per irrisionem dici potest, quibus cum hoc, quod non erant, se addere spondidit etiam hoc, quod erant, fallendo substraxit.*

St Gregor.

1201 Merito igitur eò adludens adiecit Job. Dominus vers. ultimo: *Ecce spes ejus frustrabitur eum; & videntibus cunctis precipitabitur.* Primum hemistichium sic effert Theodotio: *Et principium ejus mentium est:* neque enim mendacium, vel ipsi, ut sperabat, succellit, vel Evæ circumventæ. Itaque per novam Evam Mariam Deiparam, videntibus, & plaudentibus mortalibus, & immortalibus uniuersis, precipitabitur. Ex Hebræo veritas: *Deturbabitur, euicetur, tolletur, coneretur.* Fidem probavit eventus, & quidem per Ancillam Domini, uti Jobus metipse adiecit, dicens:

Ancilla Vir-
gini Draco
illudendus
straditur.

1202 *Numquid illudes ei quasi avi; aut ligabis eum ancillis tuis?* ait Dominus. Quasi dicat: Sicut ego Ancillæ meæ illum ligandum atque illudendum tradam? Ut singularem enim Ancillam Domini prædictam à Jobo in-

telligamus, persuadet Paraphrastes Chaldaicus, qui vertit: *aut ligabis eum Ancilla tua?* Talithæc notum puella, affixo etiam singulari pronomine fœminino tua. Est autem talitha notum puella vocabulum Marci 5. 41. sed & LXX. Interpretes singulariter extulere; *aut ligabis eum puero tuo?* Nimirum solent docti hi seniores, quæ de Maria sunt vaticinia, ad Filium ejus referre; optimo scilicet consilio, quo noverant, totam Deiparæ virtutem à Filio provenire, qui communem sibi cum Matre illustrem hanc victoriam esse voluit, de Tartareo Dracone revehendam. Sic etiam Genes. 3. 15. de Maria prædicitur: *ipsa conteret caput tuum:* & tamen LXX. quos multi ex antiquis Patribus sequuntur, vertunt: *ipse seruabit caput tuum.* Alii Codices legunt *ipsum*, scilicet semen quod in vaticinio præcesserat; Filius nempe Virginis. Uniuersa interpretationis utriusque concordia ab una pendet strictissima inter Matrem & Filium unione in hoc cum Dracone Leviathano certamine. Arctissimam hanc Mariæ, Christi que unionem, tam in prælo ipso, quam in victoria, ut Spiritus S. significaret, consulto exemplar ipsum Originarium hujus vaticinii indifferens concinnavit tam Matri quam Filio, ut & LXX. Interpretes stricta linguæ sanctæ iura spectantes victoriam Filio adjudicarent: *Ipsa, vel ipsum seruabit caput tuum.* Vulgatus verò interpres ejusdem sanctæ linguæ emphaticam exceptionem attendens, eam victoriam Matri deferret; *Ipsa conteret caput tuum.* ut ex utriusque tandem lectionis concordia, illa ipsa Filii, Matrisque unio, nunquam dissoluta fuisse significaretur, quandoquidem ex Spiritus S. auctoritate, una atque eadem sententia utriusque indifferenti, imò utriusque communi dicitur; *ipse, ipsa conteret caput tuum:* quasi dicat, uterque, simul atque indivisim.

1203 Igitur quod Chaldæus interpres Ancilla adscripsit, Græci Puero adjudicandum, merito censuerunt. Quòd autem Hebraicum, & Latinum Vulgatum exemplar pluralitè dixerunt Ancillas, & pluralitè dixit pro una Deipara Ancilla. Cur Vulgatus Ancillas pluralitè dixit pro una Deipara Ancilla.

Cur Vulgatus Ancillas pluralitè dixit pro una Deipara Ancilla.

S. Bruno.

1204 Igitur quod Chaldæus interpres Ancilla adscripsit, Græci Puero adjudicandum, merito censuerunt. Quòd autem Hebraicum, & Latinum Vulgatum exemplar pluralitè dixerunt Ancillas, & pluralitè dixit pro una Deipara Ancilla. Cur Vulgatus Ancillas pluralitè dixit pro una Deipara Ancilla.

comprobavimus. Nec non Deiparam fuisse, quæ Luciferum Draconem Leviathanum, Originariæ culpæ auctorem, atque adeò ipsamet Originariam culpam potentissimè devicit, deculeavit, contrivit, non virili modò, sed diuinâ eloque Fili sui virute.

Si verò Mariæ Conceptionis festiuitas Epulo concelebretur Eucharistico, ut fieri solet; preme ejusdem capitis verba v. 25. *concedent eum amici,* &c. Pagninus: *comedent super illum socii.* Regia, & Vatablus: *canabunt super eum.* Cajetanus; *prandebunt.* Vide nostrum Pinedam ibi. Et Pl. 73. 14. atque ibidem S. Augustinum.

SECTIO LVII.

Illustrissimum aliud Jobi vaticinium accurate expenditur, pro Deipara Leviathanum subjugate, Mariæ Conceptionis Lucem nec videre permissum.

Job 3. 8.

Argumentum horum verborum ad Christum, & Mariam spectant.

1204 **I**bi verba hæc sunt ex cap. 3. 8. *Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare Leviathan.* Obnebrentur stellæ caligine ejus: expellet lucem, & non videat; nec ortum surgentis aurora. Certè à lugubri elegia exortus Job proprii infortunii originem deplorare, peccatum scilicet originale, mille illud maledictis exonerat: eò præcipuè quo à Christo & Maria impendendum prædicat, utpote insignibus peccati originalis hostibus, antiquique serpentis juratis adversariis. Vaticinatur deinde fore, ut densissimis originalis culpæ tenebris clarissimæ etiam quæque Ecclesiastici firmamenti stellæ offundantur, quod ipsi sanè peccati originalis auctori poena est gravissima. Uno excepto Sole, una dempta aurora, nempe Christo, & Maria, quos primum orientes neque videre fuisset ausura: quod pro durissimo supplicio ipsi extet adversario. Hoc, ut reor, verborum Jobi argumentum. Cui ut lux concilietur, observare expedit in primis litteræ expositionem.

§. I.

Litteræ expositio.

יְקַבְּלוּ

חִלְהָהּ

Enodatio verborum.

וְדָרְסוּ

1205 **M**aledicant ei. Hebraicè *ikbubu*, maledicent, execrabuntur, malè imprecabuntur ei: est enim propheticum futurum. Porro pronomen *hu* proximum nomen refert *lailah*, noctem illam; nam signatam noctem detestabatur Job, quæ immundæ conceptionis vel causa, vel testis extiterat.

Qui maledicunt diei. Hebraicè *oreriim*, id est, maledicentes diem. LXX. diem illum interpretantur: nam unum quendam execrabatur Jobus nativitatæ maculatæ diem; sicuti unam conceptionis immundam noctem.

Qui parati sunt suscitare Leviathan. Hebraicè pro parati, est *haghabidim*, intendentes, imminentes, incumbentes, instantes, urgentes. Theodotio, qui prompti sunt. Nec omittam, illud verbum valere quod Latinis *impero*, Græcis *aguo* dominari, principatum gerere, originem seu auctorem, initium & caput esse. Isai. 14. 9. eadem vox, quam in Jobo hic legitimus, vertitur à Vulgato *Principes*, ab aliis, qui principabantur: à Regia, qui dominati sunt. Item Isai. 10. 13. rursus Vulgatus, *principes*. LXX. *fortitudinem*, interpretantur. Tam ergo

ij, quos Jobus optat maledicturos turpi conceptioni, Principes sunt fortissimi contra Leviathanum expediti atque certamini cum ipso ineundo accincti, parati, intenti, imminentes, instantes, & quasi sacrorum in Draconem aciem ducentes, primique opus id per sese, tanquam sancti agminis prima capta urgentes. Aquia legit: *Instructi, apparati, ornati, armati, exculti.* LXX. in singulari legunt: *Maledicat ei, qui maledicit diem illum qui habet magnum cetum subjugare.* de quo infra.

Suscitare Leviathan. Verbum *suscitare*, Hebraicè *zur*, id est, à somno excitare, expergefacere. Job 14. 12. Pl. 43. 23. Zacha. 4. 1. Est etiam frequens in Scriptura pro eo, quod Latinis *in certamen provocare*, incitare, stimulare, bello lacerare. Noster Isai. 23. 13. *suffodere*. Pagninus ibi, *destruere*: qui Jere. 51. 58. putat illud verbum Hebraicum significare etiam clamoribus contere: ut sit cum obdormientem in spelæo bestiam venatores excitant, atque ingenti clamore obtundunt, ut metu confertant. LXX. vertunt hic. *resurgat*, quod significat domare, subigere, subicere, opprimere. De Leviathan nominis interpretatione, vide Pinedam nostrum Job 40. & antelapso capite à nobis dicta. Ubi etiam statuumus, ex communi Patrum mente, Leviathan, Diabolum intelligi; nec quemvis, sed Archidæmonem Luciferum, peccati originalis auctorem, ipsamque originariam culpam. His positis, inquirò.

§. II.

Qui sint illi, qui parati sunt suscitare Leviathan.

1207 **C**ertè non actum agam, si Interpretum explicationes ex dignitate numerem, & censeam, probatioremque relinquam: quorum alterum eruditionis, alterum judicii est, & utrumque labore plenum, neque obvium. Prima Græcorum Patrum, & aliquorum Latinorum sententia est, LXX. Interpretum translationi nuper recitatae adherentium, hunc, qui numero singulari paratus dicitur maledicere, & subjugare, esse Christum Dominum, qui id temporis paratus jam erat hominem induere, ut vastissimum Leviathanum, id est, sævissimum Dæmonem certamine laceraret, cum eo confingeret, victum ac vincitum in triumphum ageret. Hunc, inquam, exoptat Jobus, ut Conceptionis suæ nocti maledicat, in qua tantum defævit stygius Leviathan, ut humanam naturam Deo similem conditam, turpi peccati labe fædarit. Nempe si servator huic nocti maledicat, plenè illam, ac cumulatè maledictam iri. Hanc expositionem allegoricam censet Pineda, & quia LXX. numerum pluralem in singularem mutarunt, pro maledicant, maledicat: & quia Jobi contextui non cohæreat tantum Christi mysterium.

1208 Cæterum, quod ad primum attinet, singularis infuerum non est in Scriptura sacra, singularis numerus pro plurali usurpare, quod plurali saepe.

nam quod in Vulgato est, Ligabis eum ancillis tuis, ipsi legunt, ligabis eum puero, pro pueris uti Origenes & Olympiod. intellexerunt. Itai. 65. 6. Sic faciam propter servos meos. LXX. propter servum meum: & unum exitium, & plures fideles. Porro quod addit Pineda, sensum hunc, quo Jobi sententia ad Christum refertur, contextui minime coherere, in sequentibus video.

Secunda de sanctis Angelis.

Secunda sententia est S. Gregorii lib. 4. Moral. cap. 8. 9. & 13. Philippi, Dionysii a. 9. quibus haud leviter patrocinatur Olympiodorus in Catena, existimantium Diabolum esse, qui haud raro tenebris lucem mentitur, atque in lucidum se Angelum induit; ut filius lucis tum cum faxit. Idem Leviathanus est, immanis Draco. Igitur sancti Angeli, qui Diabolum lucis specie, scientiae ac felicitatis eminentio nomine, tenebras, errores, atque infortunia hominibus offundentem execrantur, quique verusissimum, & saevissimum Draconem certamine lacesitum extremâ clade parant conficere; ij, inquam, nea infelici conceptioni, ac natiuitati, utpote peccato infecta, maledicant.

Tertia de sanctis hominibus.

1209 Tertia est Bedae lib. 1. in Job cap. 3. ubi arbitratur, eos, qui maledicunt diei, esse homines sanctos, qui diabolum diei nomine dictum, eundemque auctorem mali similiter maledicunt, & resistendo dominationi ejus, ut non seruiant vitis & concupiscentiis, tanquam Leviathan Draconem suscitant contra se in praelium hostem acerrimum. Verba ipsa sunt Bedae. De cujus sententia, optat Job, ut SS. viri, qui conceptionis, & natiuitatis faedam illam originalem maculam probe norant, quique ejus auctorem diabolum sciunt, ipsam, ipsumque mille maledictionibus incessant. Diabolum autem diem dictum putat, quod dies fuerit aliquando, sicut Lucifer, & aurora diluculi alias dictus: vel quia impiis, in saeculi felicitatibus gaudentibus, dies esse videatur.

Quarta de iis, qui magnos pisces piscantur maledictionibus assueti.

Quarta est S. Thomae Lect. 1. in cap. 3. Job sic scribens: Per Leviathan intelligitur aliquis magnus piscis. Et secundum hoc intelligendum est, quod illi, qui huiusmodi magnos pisces piscantur, de nocte eos invadunt in tenebris, & ideo quando dies incipit apparere, maledicunt diei, quia per hoc eorum opus, & inventio impeditur. Haec ille. Cujus explicationem eo reuic argumentum Nicolaus, quod immanium cetorum piscatum lux potius iuvat, quam tenebrae. Defendit Thomam Burgenfis in Additione 2. atque toto Nicolai argumento conciso, adhuc Thomisticam constare explicationem contendit; cujus ea summa est, quod piscatores, quae hominum natio est maledicentissima cum piscationi cetarum incumbunt, sive nox eos, sive dies importunè deficiat, & noctem & diem execrantur. Ii igitur, qui execrationibus sunt assueti, quascunque norint maledictiones in eam conceptionem ut convertant, petit Jobus.

S. Thom.

Quinta de miseris navigantibus in immensam belluam incipientibus.

1210 Quintam aliam huic similem comminiscitur Eugubinus, & noster Pineda in hunc modum. Cum nauae, navigantesque in immanissimam belluam inciderint, quae & navigia solet absorbere, & incautos homines opprimere (id quod in Persico sinu evenisse ex Procopio recitat Eugubinus); tunc igitur miseri navigantes & diem illam, qua navim ascenderunt, & illam ipsam praesentem lucem maledicunt, in qua certissimum naufragium timent,

cum vel nolentes excitarunt Leviathan. Hoc ergo illas maledictiones in diem, ac noctem suam convertere, possit Job.

Sextam addit S. Thomas, docens lucifugas tenebriones, qui noctem maledicuntis patrandis captant, diem maledictis impetere consuesse, quod eos sol in latebras cogat: hos ipsos esse, qui Tartarei Draconis nequissimis Leviathani, si forte ille quieti se dederit, nequiores ipsi, somnum abrumpant, atque cum ipsis vigilare jubeant, scelerrumque adiutorem accersant. Hanc etiam expositionem tuetur Burgenfis in 2. additione.

Septima est Nicolai Lirani, cui cum difficile esset Vulgatae lectioni congruum aptasse sensum, hanc ipse cum Hebraeis excussit: Maledicant ei, qui maledicunt diei, expectantes orbem de societate sua. Tales autem sunt homines, inquit, tantis miseris oppressi, quod de vita sua sunt atradiati, & sic per mortem expectant à societate sua separari, id est, ab uxoris suis, vel à communi hominum societate. Hi ergo, qui ærumnis edocti maledicendi modos didicere, meam conceptionis noctem maledicendam suscipiant.

1211 Octava est Hebraeorum, quos refert memoratus Paul. Burgenfis. Legunt illi: Maledicant ei, qui maledicunt diei, qui parati sunt suscitare societatem suam. Et existimant, per maledicentes diei intelligi lamentatores, quorum officium est plangere super mortuos (hi nimirum diem pro die mortis absolute capiunt, nec alienâ phrasi, si modò ex textu; nam obire diem dicimus, & alia id genus) & per verba illa; Qui parati sunt suscitare societatem suam, ad lamentationem & fletum, de quibus Jerem. 9. 37. Vocate lamentatrices, &c. Haec igitur threnistae, praeficae, lamentatrices, quae diem mortis lamentari solent, quaeque illum probris, atque execrationibus persequi, qui homines dulci expulit vitâ, diem potius natiuitatis noctemque meae conceptionis maledixerint.

Nona similis est praecedenti, Hebraeorum, & Hebraizantium, quae nec displicet Pinedae, Eugubino, Emanueli Sa, & Stunicae. Legunt enim: Qui parati sunt suscitare societatem suam. Et de illis explicant, qui propter ærumnosam vitam lucem habent invidiam, quique parati sunt fletum excitare, & lachrymas fundere, ac si ad manus illas praesto haberent. Vel juxta superioris 8. explicationis sensum, de lamentatricibus, quam huic versioni adaptant.

Decimam promit noster Mariana, qui aliam sententiam primo hemistichio accommodat, aliam secundo. Maledicant ei, qui maledicunt diei: nimirum infelices; ii enim diem, in quo sunt nati, execrari solent. Itaque diem absolute pro natalitio capit; fortassè ex contextu, in quo de die natali agitur. Porro sequentem semiverbum, Qui parati sunt suscitare Leviathan, ad capiendum hunc piscem; ii enim, si in captura aberrent, execrationibus omnia complent.

1212 Undecimam attexit idem Mariana ex Hebraeo Anonymo his verbis: Quid verò si simplicissimè dicamus Leviathan canticum significare? sic vulgò inter Hebraeos dictum, in quo multae execrationes continebantur. Ii verò qui parati erant, id est, soliti suscitare, id est, canere, vel instaurare id canticum, hanc etiam noctem detestentur. Hoc Hebraeus quidam

In Thalmud.

Duodecima de maledicentibus soli orienti, & occidenti.

quidam hoc loco sequi mihi videtur, addito Proverbio ejus gentis, quo mulieri prohibetur in die festo Leviathan excitare. Hebraeus hic à Mariana citatus auctor est Thalmud Hierosolymitani, ubi sic praecipitur: Non suscitabit Mulier Leviathan in festo. Sed quænam ea celebris Hebraeorum cantilena? An quævis lugubris elegia? An potius accuratè composita, ut mystico Leviathano, Diabolo ex Isaiâ & Davide eo sibi nomine notissimo, maledicentis utrunque, est hoc secundo modo, id execratorum carmen percommodum censet, quod conceptioni suae occineretur.

1213 Duodecima est nostri Pinedae. Potuit, inquit, respexisse Job adpriscum illum Athlantium insitutum, quo Soli occidenti maledicebant, orientem quoque maledictis excipiebant: quod torridus & ipsos, & regiones perdat, uti Herodorus lib. 4. sive agris pestiferum, uti Me-la lib. 1. de situ orbis cap. 8. Ergo ad horum hominum antiquissimorum insitutum spectare videretur Job in hanc sententiam. Illi etiam homines quibus nox in deliciis est, & lux infesta; ideoque solem orientem execrantur, & noctu crebris luminibus utuntur, hanc etiam infelicissimam noctem diris & maledictis prosequuntur. Verum requirit hæc explicatio secundam partem de excitando Leviathano. Mitto aliam Ministerii explicationem in Lexico indicatam; de Magis, qui noctem nocturnaque loca tenebris obita captare solent, ut incantationibus vacent, Leviathan, id est, Dæmones evocando. Non enim credibile est, à Jobo desideratas detestationes illas vel in foedissimam originis labem, vel in ejus auctorem congerendas.

Ut verò nos particulatim sententiam Jobi explicemus, & integrum loci sensum, quem tot, tamque diversae expositiones difficilem reddunt vel ostendunt, aucupemur, statuo in primis.

§. III.

Peccatum originale, & ex eo orta actualia, primariam causam esse, ob quam Jobus diem natalem, conceptionisque suae noctem maledicat.

Psal. 50.

1214 Veterum Patrum sententiam retineo, qui totam maledictionis illius materiam originale peccatum agnoscunt; hoc est ipsum natalem Jobi diem, conceptionisque noctem, quatenus peccato infectam, atque adeo quatenus tot calamitatum principium. Expressa hæc est Originis Adamantii mens Hom. 8. in Leviticum, ubi eadem mente, Jeremiam, & Jobum natalitius, & conceptionibus suis maledixisse scribit, qua David cecinit: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis concepit me mater mea: & qua Dominus jussit, foeminam legali purificatione, & sacrificio expiari, quæ prolem in peccato originario conceptam gestasset. Neque alia mens est Ambrosii lib. 4. in Lucam ad finem explanationis Dominicae tentationis. Severiani in catena Olympiodori; & Olympiodori ipsius; S. Gregorii lib. 4. moral. cap. 7. & cap. 9. & cap. 13. Bedae lib. 1. in Job 3. qui & omnium Ecclesiae Doctorum hanc esse expositionem præmittit. Alberti Magni quem refert, & sequitur Dionysii a. 10. Hugonis Carentis ad cap. 3. Job, Ruperti lib. 2. de Oper. Spiritus sancti, qui est 1. de sapientia c. 5. P. Salmer-

nis in Prolego. 10. Quinqua. 2. Canone 28. & prolego. 12. Can. 12. & S. Thomae 2. 2. q. 76. a. 2. corpore: & 3. p. q. 27. a. 2. Quorum omnium verba & si attentè legi, & expendi, non recito, ne longitudo fastidum pariat.

1215 Certè tot tam doctis viris, non possum facere, quin subscribam, atque Poeticam hypallagen elegantissimam, sive metonymiam totius capitis 3. Jobi exemplis illustrem. Contingens pro contento sumitur, dies infestus, nox infauusta pro infauusto & infelici peccato, quo noctem illam, ac diem faedatam dolet. Sic contra felix aureumque ab eventu saeculum dicimus: sic atram diem, nigram horam. Proper. 2. Eleg. 11.

Quod te festinans abstulit atra dies. Propert. Et lib. 1. Eleg. 4.

Vide jam juvenem premeret cum senior atas Mærentem stultos præterisse dies.

Tibullus 3. 5. nigram horam dixit. Horatius satyra 9. lib. 1. solem nigram. Et lib. 1. Od. 36. diem pulchram. Proper. li. 2. noctem candidam. Proper. Ovid. in A. lib. 3.

cito pede labitur atas, Nec bona tam sequitur, quam bona prima fuit. Maro in Buc. 4.

Magnus ab integro saeculorum nascitur ordo, Et incipient magni procedere dies.

Sed & ejusdem metonymiae illustria in sacris litteris suppetunt testimonia. 1. Regum 25. 8. & Eccles. 7. 15. & Ecclesiastici 14. 14. Dies bona appellatur, in qua aliquid lætum ac jucundum accidat: & multi ad bona opera referunt, quibus redditur bonus dies, aut etiam ad diem felicem ex eventu quovis. Contra Prov. 15. 15. & c. 26. 4. & Pl. 40. 4. dies mali, dies sunt infortunii pleni. Et Ecclesiasticus 33. 10. discrimen dierum à Deo factum docet: Ex ipsis exaltavit, & magnificavit Deus, & ex ipsis posuit in numerum dierum. Quod mox explicat, addito discrimine inter homines, v. 12. Ex ipsis benedixit, & exaltavit; & ex ipsis sanctificavit, & ad se applicavit; & ex ipsis maledixit, & humiliavit. Nimirum hoc erat inter dies distinctio, homines in his diebus discrevissent, eorum actiones sanctas probasse, turpes damnasse.

1216 Hinc Isaias 37. 3. Diem blasphemiae; & Oseas 2. 13. dies Baalim: & quo in superstitiose culti, & quo illa Deo à Rabface illata. Paulus ad Ephes. 5. 16. dies malos nuncupat, quos S. Augustinus Ser. 24. de verbis Apostoli sic explicat: Dies malos duae res faciunt, malitia, & miseria: per malitiam hominum, & miseriam dicuntur dies mali. Ex quo enim lapsus est Adam, & de Paradiso expulsus, nunquam fuerunt dies nisi mali. Istos pueros, qui nascuntur, interrogemus; gnare à ploratu incipiunt, qui ne videre possunt. Nascitur, & statim plorat, post nescio quos dies ridet; quando plorabat nascens, propheta suae calamitatis erat. Eadem est Originis doctrina Hom. 1. in Judices, & S. Hieron. & Chrysol. ad locum Pauli. Hinc difficilior versus 17. Pf. 10. lucem accipiat: Erit tempus eorum in saecula; vel in æternum; ut multi habent. At malorum tempus æternum non est. Paraphrast. Chaldaeus pro tempus eorum, posuit, furor eorum. Quasi impij in Deum furiosi semper exituri sint. Theodor. calamitati, quas perpetuas tulerint.

Igitur Jobus tropicè, uti agnoscit S. Thomas, diem Natalem, noctemque, quæ conceptus sit, diris dum devovet, non diem ipsum, non maledicent